

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma Rectoris Academici, Johannis Quistorpii, D. Theol. ... Quo ad
eundum Exequias. B. Johanni Quasimodogenito Filiolo, Viri ... Dn. M. Davidis
Harberdingii, Ecclesiastae T. Petrini vigilantissimi. die XXVI. Octobr. Anno M. DC.
LXIX. Omnes, & omnium ordinum Academicos, invitat**

Rostochii: Kilius, 1669

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777515075>

Druck Freier  Zugang

Qvistorp, J.,

in D. Harberding.

R. 1669.

67

437.

PROGRAMMA
Rectoris Academic*i*,
**JOHANNIS
QVISTORPII, D.**
ΘΕΟΛ. Facult. & R. Ministerii SENIORIS.



B. JOHANNI
Quasimodogenito FILIOLO,
VIRI Pl. Reverendi
DN. M. DAVIDIS
HARBERDINGII,

Ecclesiastæ T. Petrini vigilantissimi.
die XXVI. Octobr. Anno M. DC. LXIX.

Omnes, & omnium ordinum A-
cademicos, invitat.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

EROGR AMMA

Bernhardus Venerabilis

SIMILIA HOMI

BERNHARDUS in meditat. c. 2.

scribit:

Cur tantopere vitam istam desideramus? in qua quanto amplius vivimus, tanto plus peccamus? Quanto est vita longior, tanto culpa numerosior.

RECTOR ACAD.
D. JOH. QVISTORPIUS

ΘΕΟΛ. Fac. SENIOR & Past. Dom.

Paradoxon est homini
maxime conveniens: eò quisq;
perfectior est quò est imperfe-
ctior, id siquidem post lapsum
protoplasmorum eheu! in diem
miseri morales experimur, tan-
tum quemq; deficere innocentia
quantum ærate proficit &
contra, non quod quis perfe-
ctus esse queat, reclamat enim peccatum originale, sed
quod dentur gradus perfectionis imperfectæ, ita ut
cum jugis sit inhærentis mali operatio, is minus conta-
minetur, qui minus, magis autem, qui plus annorum at-
tigerit & ne quis hic nobis deneget assensum suum
sistimus exemplum infantium; quis nescit? quanta in-
nata his sit gratia, quam tum hominum, tum ipsius quoq;
DEI favorem & amplexum sibi demereri & acquirere
valent, hujus rei rationem si scruteris certe nullam in-
venies aliam præter hanc, quod minus malitiæ habe-
ant quam quos multos jam annos fœdissime conspur-
cavit Diabolicum illud virus, ut adeo non mirū sit quod
tentat Clemens Alex. lib. I. Pædag. c. V. omnes qui
non sint fieri debere infantes jubens; quin Ipse
Chri-

Christus Matth. XVIII. puerum Apostolis sistit & ad imitationem eos adhortatur, & quod omni observatiōne dignissimum est, inquit. *Amen dico vobis nisi vos converteritis, & fatis ut pueruli, nequaquam ingredierimini in regnum cœlorum:* ut itaque paulatim emergat assertionis nostræ veritas, necessarium est ut curatiūs pondere mus hæc Christi verba: Infantes, per affectatam malitiā nihil tentant, & si quid mali perpetrent, sit hoc ex ignorantia; adulti, et si hic saltim quoad alterum, quippe cognitionem tum boni tum mali sufficenter edocēti, meliores ac perfectiores esse possent, tantum abest ut cognitione illâ utantur, ut eâ potius turpiter abutantur, eoque annitantur, ut astutiâ quantum inse est omnes miserè decipient, adeoque utrinque pejores ipsis infantibus deprehendantur, quamvis enim infantes sine malo non sint, majorem tamen merentur excusationem, quod sine proposito & absque omni deliberatione committant quicquid committunt, natu verò grandiores non simplex sed duplex accusatculpa, & quod malum commiserint, & quod scientes malum esse, non tamen intermiserint, nullatenus ergò iniquitatis accusandi sunt, qui quod in puerulis impunitum relinquunt, idem in senioribus severius corripunt, liquet enim ex his, infantes dimidiā partem esse meliores, vel ut rectius loquar, minus malos quam illi, & sanè nisi quis velit excludi ex regno cœlorum omni-

omnino opus habet ut maturè valedicat Diabolice prudentiæ, quâ astutè & sapienter peccare studet, revertaturque ad puerilem simplicitatem. Infantes parentibus suis quin & quibusvis aliis delectationem pariunt tantam, ut frequenti amplexu & exosculatione eorum non facile satiari queant, est enim hæc planè singularis infantibus gratia, ut nulli non blandiri videantur delectabili vultu gestibusque jucundissimis, & sanè ipsum Christum singulari affectu Infantulos prosecutum fuisse, constat non tantum ex illo, quod, cùm sicut Adam in instanti perfectionem humanæ statuaræ assumere potuisset, infans tamen primum esse maluerit, ad contestandum, se omnis quidem ætatis homines, & præprimis infantes ad regnum suum perducendi gratiâ venisse; verum etiam ex blanda illa infantium invitatione Marc. X. v. 14. *Sinite puerulos venire ad me* & ne prohibete eos talium enim est regnum Dei, quibus verbis beneplacitum suum in infantulis vivis colorib⁹ depinxit Servator: Cum autem nemo intret regnum cœlorum nisi per beneplacitum Servatoris, necessum est ut & in hoc conformemur pueris, studentes Deo & hominibus placere in vita, quantum fieri potest inculpata animiq; integritate. His igitur & aliis multis modis, quos ut constitueram recensere non licet, video enim omne Chartæ spacium se subducere, cum infantes aduliores antecellant

cellant , mirum non est , eosdem saepe relictis post
se parentibus in luctu ad perfectiorem vitam abri-
pi , delectentur enim iis licet homines , magis tamen
delectatur Deus . Expertus hoc est R. David in filio-
lo suo quem ex Bathsheba susceperebat hunc enim
etsi multis iisque ferventibus ad Deum suspiriis sibi
superstitem rogaret , Deo tamen sic volente nihil
obtinuit , hinc adeo lamentabili eum voce dimittit ,
possumne eum revocare denuo ? ego sum abiturus
ad ipsum , at ipse non est reversurus ad me , quasi di-
ceret , non amplius ille me , ceu adhuc miserum in
multis peccatis & miseriis concatenatum , sed ego
ipsum quippe in summâ perfectione jam constitu-
tum secuturus sum : sed in alieno exemplo nos de-
tineri quid jubet ? DAVID n. ultra bis mille & sex-
centos abhinc annos jam in ecclis cum filio exul-
tat fruens non illius solum sed omnium quoque
fidelium amplexu sua vissimo . Noster autem DAVID
quid commeruit quæso , ut cuius nomen , ejus duram
quoque & calamitosam vicem experiri cogatur , Pa-
rentem dico infantis mellitissimi , Virum Rev. Du.
M. DAVID HARBERDINGIUM , Ecclesiasten ad
Div. Petri vigilissimum , Collegam nostrum & af-
finem charissimum ob parem casum in summo luctu
constitutum & miserè querulantem de unicō eoq;
primogenito filio ; Spir. S summum dolorem de-
lineaturus , inquit Zach. XII, 10 . Plangent eum planctu
quasi


quasi super unigenitum, & dolebunt eum ut doleri solet
in morte primogeniti. Utrumque cum mœstissimum
parentem una vice obruat quis est qui non condo-
leat & vix enim delicium hoc Parentum in lucem
prodierat, sc. 13. d. Augusti anni currentis, inter pri-
mam & secundam matutinam, ubi quo gaudio exce-
perint eum parentes constat ex gratia nomine, di-
ctus siquidem est JOHANNES, sed eheu! qui vix in
caluerat in sinu materno honestissimæ Matronæ
MARGARETHÆ SOPHIÆ Ganzlcrs eum nimis
dira forse odem Anno d. 22. Octobr. inter primam
& secundam matut. abripit orbosque & linquit,
non ipsos tantum parentes sed & Avum Paternum
Virum Admodum Rev. deque Ecclesiâ sua meri-
tissimum Dn. M. JOH. HARBERDINGIUM, itid.
Collegam nostrum venerandum & lugent penates
qui avidè pridem delestantib[ile] hunc puerulum na-
ceti erant, lugent parietes, lugent tota donus, luctu
& dolore repleta sunt omnia. Olamentabilem ca-
sum o vicem calamitosam! omnium in auribus eju-
latus mixti susurrant. Sed cum stet irrevocabile fatū
quid est quod citra modum ejulemus, surgere igit
tur Jubeo à lacrymis lugentium turbam, in primis
autem mœstissimum Parentem provoco ad exem-
plum Davidis cuius nomen & casum gerit proh
dolor! sistat lachrymas dulcis futuræ visionis recor-
datio, & annon dignum est, ut quem intensissimo
amore

amore prosequimur, eidem si in gaudio constitutus
sit congaudeamus, secus nos ipsos prodemus de
minus candidiore amore; haec siquidem amoris na-
tura est, ut si bene esse noverit cui bene esse cupit,
et si ipse damno quodam afficiatur, propter dilectioni
emolumentum, omnem tamen dolorem ex tali
malo redundantem recordatio felicis status dilectioni
facile leniat & diluat. hunc autem infantulū ad sum-
ma gaudia evectū quis dubitat? ex sinu Matri in sinū
Avi paternæ honoratissimæ olim Matronæ ILSÆ
Bischoffs/ jam dum quoq; triumphantis in cœlis, ex
conspictu Avi paterni in conspectum & amplexum
Avi Materni Viri olim Plurimum Rev. Dn. M. JOH.
Cänglers/ ad D. Petri Pastoris & Ecclesiæ Rostoch.
Superintendentis; Aviæque Maternæ ANNÆ Lu-
kawen/ lectilimæ quondam Fæminæ & aliorum
perplurium in glorioso Christi regno jam requie-
scientium, Ec quis est, qui non felicem prædicet pu-
ellum hunc, qui ex immundi mundi colluvie extra-
ctus, receptus est in sinum Abrahæ. Vos C.A. Tan-
dem ea qua fas est humanitate compello, ut ad ho-
spitium sepulchrale funus hoc concomitari non ne-
gligatis. convenietur hodie circa primam in tem-
plo Petrino, Agite igitur hoc humanitatis officio fa-
vorem & benevolentiam debitam contesta-
ri annitimi. P. P. Rostochii.

d. AMANDI quo mihi sceptra Acade-
mica solemniter tradita sunt, Anno 1669.



quasi super unigenitum, & dolebat
in morte primogeniti. Utrumque
parentem una vice obruat qui
leat & vix enim delicium hoc
prodierat, sc. 13, d. Augustianum
mam & secundā matutinam, u
perint eum parentes constat ei.
Etus siquidem est JOHANNES
caluerat in sinu materno hon
MARGARETHÆ SOPHIÆ
dira sorse eodem Anno d. 22. Octo
& secundam matut. abripit
non ipsos tantum parentes sed
Virum Admodum Rev. deque
tissimum Dn. M. JOH. HARB
Collegam nostrum venerandum
qui avidè pridem delectabilem
eti erant, lugent parietes, lug
& dolore repleta sunt omnia,
sum o vicem calamitosam! om
latus mixti susurrant. Sed cum si
quid est quod citra modum ejus
tur Jubeo à lacrymis lugentium
autem moestissimum Parentem
plum Davidis cuius nomen &
dolor! fistat lachrymas dulcis fu
ratio, & annon dignum est, u



doleri solet
estissimum
on condon
in lucem
s, inter pri
udio exce
omine, di
qui vix in
Matronæ
cum nimis
primam
relinquit,
Paternum
sua meri
uum, itid.
ut penates
rulum na
nus, luctu
bilem ca
ribus eju
abile fatu
rgere igi
, in primis
ad exem
erit proh
nis recor
ensissimo
amore